Quaestio medica Quodlib. disputationibus agit.^da In Scholis Medicorum die Jovis n.^a Decembris.

Eruditiss. Viro D. Petro De la mer D. M. Moderatore Prudentiss.

An ventris torpor omnium confectio?

Animantibus omnibus, ideoque principij instar homini datum est Calidum, quod paulatim affluxu vivido (ex quorum custodia vita constituitur) collabascens, et corporis vel atrophia contabescit. Ut illud ipsum factum totum ab innatis tenendi invitio, et sine gravi quadam offensione quae per multos annos protrahi, unaquaeque sibi potuitque desiderium ipsius, illius quidem ad siccam et solidam, quod ad humidam et fluxam (cum utrinque, quemadmodum et spirituosa) partis dissipatio fiat, restituendam. Ut autem illud multiplici coctione primum per chylum deinde per sanguinem ac demum per corporis moles convertatur organa molita est ad id munus idonea, inter quas utilitate simul ac necessitate superat ventriculus.

Huic non proprijs tantum et suis addicto, sed omnibus cuiusque partis actionibus inservienti, omnes generis villi tributi sunt quibus attractum continebat, et aliquandiu contentum (parte sibi meliore servata) expelleret alimentum. quorum si per unum idemque conspirans multiplex facultas tandem et circa proprium munus otietur, anorexia prius periculosa quam inutilis, et ceteri ventris affectus, syncope, bulimus, apepsia quaeque diutius cibum audiant et exercitatio valentius incumbentes labore solet cardialgia profert quibus affectibus hepar, cor, cerebrum laeditur.

Hepar proprium conficiendi sanguinis organum venarumque principium duplicem sortitur intemperiem simplicem unam, alteram cum tumore. posterior inflammationem, erysipelas, scirrhum (quo vix ullum viscus tentatur magis) et obstructionem putredinis parentem inducit, oedema nunquam. quibus praedicta praecordiorum regione, gravitas, tensio, etiam plerumque sensus oritur, id vicina sibi corpora ducuntur in consensum. Calidius quidem ad cystim ingentem bilis copiam ad excretionem aliam communientem mittit, scilicet iecorum sibi cuique, cum sine utrinque viscera noxa stabilem, affectionem hypocondriacam minime illi quae huic familiarem. frigidius, et humidius cum (qui inveterato scirrho succedens insanabilis) hydropem, et (quae colatiorem concoctione distributionem obtinet) cachexiam inducit.

Cor cum totius corporis partium calidissimum, non utique primum vitam animanti profecerit, hepati causas venas confecit vinculo. qua spiritus una cum sanguine dolatus per dextrum eius sinum accuratum elaboratur. indeque etiam per sinistrum capessens spiritum vitalem toto corpore diffusum emittit qui per arterias lubrico, frigidoque corpore contentus perpetuo, non semper aequali motu fertur. remissior, tardius, rarior, eiusdem colerior, crebrior, amplior ut ad aestatem propius accesserit, quem non solum modo inter curarum aestus, nec continentiam vapore raritas vitium et alimenti labefactat inopia.

Cerebrum cum frigidissimum spiritu per arterias cordis munere delato fusum incalescit qui si ibidem illius cum calidoque vapore iunctus invaserit, inducit gravia symptomata quibus aut excitandis penitus aut lenendis, respirationi ad vitam necessaria pulsui analoga salutaris accedit hac naturali inspirandi expirandique tenore destituta procumbit, cum hypocondriaca timorem maiori coniunctum habens simul et epileptica pueris familiaris superiora sollicitat affectio. quarum illarum cibo concoctu difficili sumpto, quem statim ructus acidus, flatus, aestusque comitantur, hanc pituita nonnunquam interdum flava redundante bile concipit ventriculus.

Ergo ventris torpor omnium confectio.

Ponebat Franciscus Du Port Crespiensis Valesius. 1572.

Do. doctores disputaturi.

M. Jacobus Marant
M. Petrus de la Mer
M. Claudius Rebours.
M. Barthelomaeus Perdulcis.
M. Bonaventura Grangier.
M. Joannes Martin.
M. Petrus Hozet.
M. Marcus Myron Med. regius
M. Symon Seguyn.